1510. 15. Octobris.

## Sigismundus I. Rex Poloniæ Primoribus Pruthenicis in Conventu:

Rndi in Chro Patres, Mgci, Gnosi, Nobiles, Famosi sincere dilecti! Simon Materna comparuit coram nobis querens de Consulibus Gedanensibus, quod ei concordiæ, quam Commissarij Nri inter illos et eundem maternam composuerunt, non satisfecissent, Literas recessus sibi dare recusantes, quales ex Contractu dare ei habebant. Committimus Vobis, ut parte utraque audita id decernatis, quod iustum putaveritis pro gratia Nra. Datum Cracoviæ, 15. Octobris. 1510.